



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethica Guilielmi Adolphi Scribonii, Ex Aristotele Et Aliis
summis philosophis repetita**

Scribonius, Wilhelm Adolf

Hanoviae, 1593

VD16 S 5114

Cap. V. De differentia pertinacis & continentis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56572)

Alio argumento idem ostendas?

Ei potius ignoscendum est, qui cupiditates sequitur naturales: Iracundia autem natura potius data est, quam cupiditates: Ergo iracundus magis venia dignus est, quam qui obpravas cupiditates incontinens dicitur.

CAP. V.

De differentia pertinacis & continentis.

Potestne continens etiam appellari pertinax?

Sunt quidem similes quodammodo, quia uterque permanet in opinione: Sed in hoc differunt, quod continens semper in vera, pertinax autem in qualibet persistat: adeo ut nullis rationibus, quantumvis melioribus, a proposito se dimoveri patiat; & hi recte possunt nominari *ἰσχυρογνώμονες* & *ἰδιογνώμονες*, *Halsstarrige* vnd *Halstarrige Leute*.

Estne simpliciter incontinens nominandus, qui in sententia non persistit, cujuscumque tandem mutata fuerit quod secum constituit?

Nequaquam: Sed is tandem, qui obrecturpam mutat propositum: neque enim Neoptolemus incontinens est dicendus propter ea, quod sententiam mutavit, cum Ulyssi permisisset mentiri.

CAP. VI.

De incontinentia consuetudinaria & naturali.

Quorum